



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

BENIAMO MASSIMIANO, *Oratio f. Maximiani Beniamini Cremensis ordinis conventualium S. Francisci. In secunda dominica adventus Domini. M.D.L.X.I. ad illustrissimos, et reverendissimos legatos, et caeteros patres sacri oecumenici Tridentini Concilii*, Riva del Garda, Pietro Antonio Alciati (Riva del Garda, Jacob Marcaria), 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 7

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/29>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



Misc. T.C. c. 43

G MISC 17



O R A T I O

F. MAXIMIANI BENIAMINI CRE-
MENSIS ORDINIS CONVEN-
TUALIVM S. FRAN-
CISCI.

In secunda Dominica Aduentus Domini.

M. D. L. X. I.

AD ILLVSTRISSIMOS, ET REVEREN-
DISSIMOS LEGATOS, ET CAETEROS
Patres Sacri Oecumenici Triden-
tini Concilii.



R I P A E.

AD INSTANTIAM Petri Antonii Alciati.

M. D. LXII.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILLINOIS

1950

RECEIVED

FROM

DATE

BY

REMARKS

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILLINOIS

1950

ORATIO F. MAXIMIANI BENIAMINI
CREMENSIS ORDINIS CONVENTUALIUM S. FRANCISCI: In secunda Dominica
Aduentus Domini.
M. D. L. X. I.

AD ILLUSTRISSIMOS, ET REVERENDISSIMOS LEGATOS, ET CÆTEROS PATRES SACRI
OECUMENICI TRIDENTINI CONCILII.



VAM beneferandum fit Illustrissimi, ac Reuerendissimi Patres, Antistites uigilantissimi, cuiusuis ordinis Auditores ornatisissimi, quamque prolixè de amplissima Seruatoris nostri benignitate, & clementia, nobis ipsi polliceri possumus: ex iis, quæ nobis hodierna die proposita sunt, & auribus nostris hausimus, factis, atque super nos edoceri, neminem uestrum ignorare arbitror. Per faulstissimos namque nuncios utila grata, ac iucunda mortalibus deferuntur, etenim cæcos illuminari, surdos audire, claudos incedere, mortuos resurgere, & pauperes euangelizari: quid lætius, quid iucundius, quid utilius proponi poterat? Ex quo contemplari licet incredibilem Dei beneficentiam, & omnium nostrum procuracionem eius immensam. Porro si tantæ rei magnitudini exponendæ, tantum mihi ingenii, tantaque dicendi facultas esset, quantum obtemperandi studium fuit: non dubitarem profecto, singula hæc pro loci, temporis, frequentissimi, ac si unquam laudatissimi confessus dignitate, & estimatione persequi. Quamuis difficultates aliæ non minores tanto oneri imparcem me faciant: temporis angustia, ex itinere huc patuaio in hac horrida hyeme, tum; animi, tum corporis defatigatio suscepta. Huc accedit, quod fere imparatus tantum negotii suscepi, serius enim, quam res ipsa postulabat, mihi cæterum occupatissimo delatum fuit: attamen (ut res esset habitura) malui multorum reprehensionem subire, quam tantam rem denegare iis, qui non solum corporis, sed animi quoque mei potestatem omnem propemodum habent. Dicam igitur, & breuiter dicam: quin potius rem, de qua dicturus sum, paucis perstringam, illius benignitate fretus, qui dat uerbum Euangelizanti, & sermonem rectum, ac bene sonantem uirtute multa. Incomprehensibilis ille rerum omnium parens, & auctor, causarum causa, simplicissima unitas, ueritas ineffabilis, summa bonitas, & indeterminata potestas, qui cuncta in unitate implicat, explicat in uerita

te, effundit per bonitatem, cuius centrum ubique, quia cuique rei interior est, quam ipsa sibi, circumferentia nusquam quia extra cuncta existens, ita supereminet uniuersa, ut cuiusque rei summum apicem dignitate exalat immensa. hic, inquam, rerum omnium & officiorum fons, & origo, ut ipse mirabilis, ita admiratione digna rationibus quibusdam incommutabilibus, æternis, & stabilibus cœterni sibi uerbi, ac quodam (ut ita dixerim) flatu cœterni S. Spiritus sui, semper operatus est, & usque modo operatur. Ac primum omnium cum probitatis potestatisque suæ specimen nobis dare constituit diuina quadam, & sibi insita ui, rebus omnibus ordine digestis, sic effinxit hominem, ut nihil antiquius unquam sibi fuisse uideatur. At ipse a muliere uitæ socia impulsus (proh dolor) uxorios affectus diuino præcepto præferre ausus, ex summa felicitate in fœdisimam deuoluitur calamitatem: sapientiæ exiuit, innocentiae ornatum spoliatur: ex solo uberrimo, in terram tribulos, sentesque ferentem pellitur, amarissime sensurus, a quantis bonis exciderit, quantas uicissim in ærumnas miser incidit, quas etiam nunc cum nostro magno malo experimur. e quidem quis morbos enumeret? quis moriendi tot uices incertas? tot pericula, curas, atque metus recenscat? inflamur cibis, solui mur ieiunio, curæ macerant, quies hebetat. Quid plura? quis non uidet homines terræ incolas, esse moribundis membris, leuibis, & anxiiis mentibus, brutis, & obnoxiiis corporibus, dissimilibus moribus, similibus erroribus, peruicaci audacia, pertinaci spe, casto labore, fortuna caduca, tarda sapientiâ, cita morte, quæruia uita? Non sunt tamen tot mala, tamque uariæ calamitates, quas inobedienciæ peccato secum aduexit homo, quin maior fuerit æterni Dei in hominem providentiâ: qui cum tanquam ab alta specula præuideret, a quantis bonis excisurus esset. ea tamen summa Dei bonitas homini dona elargita fuit, quanta ne ipse quidem ex petere, aut excogitare potuisset: Acerrimam ingenii aptitudinem, cuius ui numerosissimam rerum seriem percipere ualeret, memoriam, quam uere thesaurum quendam rerum arbitrari possumus. Non deest in quamplurimis fatidicus item spiritus, & quæ Deum modo deceat, perspicax futurorum inspectio. Addita est postremo loquendi potestas in ter cuncta summe mirabilis, flexam na, atque omnium regina oratio, quæ non currentem modo excitare, sed & languentem possit commouere. Hæc in homine tam magna sunt, atque adeo suspicienda, ut hominem ipsum miraculum magnum, animal adorandum, & uenerandum nonnulli diuiniore quodam spiritu conciti, & interiore instructi sapientiâ nuncupandum existimauerint. Hæc sunt in ipso. quæ uero præter ipsum (Deum immortalem) quanta sunt? cœlum expandit, fulgidis Stellis adornauit: cœlo affixit Solem aureis splendens fulgoribus: Lunam fecit noctiuagam, ut obscura noctis illustret: terram coegit, arboribus, herbis, floribus decorauit: fontes aquarum, ad sedandam hominum si-

etiam, præparauit. Procedente deinde tempore, ac crescente genere, & in omnem malitiam uergente, quia uidebat incurabilia esse uulnera: operatores malos, quasi fomentum quoddam inutile, aboleuit, relicto iusto illo, qui radix, & origo foret humani generis: quo rursus instaurato, electos deinceps Patriarcas, præceptores dedit, qui sua uirtute omnes nos instituerent, & quasi medicos, qui ægrotautes sanare possent, Prophetas monstrat, prodigia facit. postremo omnium patefacturus suorum abissum beneficiorum, unigenitum filium, ex patris sinibus exurgentem ad nos misit: qui suscepta forma serui, ex Virgine natus, nobiscum uersatus, omnia nostra ferens, genus humanum peccatis oppressum uicens, a terris in cælum subtraxit. Quis ualeat cogitatione, ne dum oratione, complecti tantorum beneficiorum mensuram, magnitudinem, excellentiam: Baptisma nobis contulit, remissionem peccatorum, ultionis abolitionem, regni possessionem: infinita benemerentibus bona promisit, porrexitque manum, & in tota corda spiritum effudit, oleo iustitiæ nos unxit, quo ipse unctus erat, cuius gratia, & misericordia nos semper præuenit a periculis liberat, errantes reducit, ignorantes docet, peccantes corripit, tristitia affectos consolatur. Si cadimus, erigit, si stamus, tenet, si proficiscimur, ducit si uenimus, suscipit. o miram Seruatoris nostri largitatem. Et ne singula persequendo, longius quam temporis angustiæ expostulant, diuagetur oratio, in memoriam uestram reuocate Patres, quicquid hodierna sancti Euangelii lectio in aures nostras infundit. Perpendite, quæso, & ad interna mentis uestræ redeuntes, intueamini, quanta sint ea, quæ fidelis, mitissimus medicus noster Christus, ad Iohannem deferri iubet, & uidebitis modo corporis partem, aliquando totum corpus ad sanitatem restitui, & id quod mors abstulerat, ad uitam reuocari, Fœlix nuncium. Cæci uident: claudibus ambulantes: surdi audiunt: leprosi mundantur: mortui resurgunt. quicquid morborum, & uitiorum contraxit genus humanum, ipsum sibi causa fuit: quicquid beneficiorum consecutus est, Deo tantum, ne minimum quidem sibi, acceptum referre debet. Christus nostras ægritudine uidens, aliquantisper moram traxit, tandem ueniens uenit, & sanauit. In tempore (inquit sapiens) erit respectus illorum. tollere morbos, & uulnera, magnum quidem est, sed id longe maius, uita functos: ad uitam reuocare id uero maximum omnium, & quod mens humana uix capere potest, mortem uincere, iustificare credentes, ad uitam gratiæ, & fidei suscitare quoscumque, per peccatum mors abstulerat, Coeterum recondita magis penetrantes, diligentius intueamur, qui, quales uel morbi sunt, quos hodierna die Christus sanauit. Magna profecto calamitas est, luminibus priuatum esse, quia hunc ipsum solem, qui suo numine illustrat uniuersa, intueri non licet: quanto calamitosius est, mentis aciem obtusam habere, ne dicam cæcam, qua quis prohibetur, ne in uerum solem (qui Chri-

stus est) obutum figere possit & sensum uanitate, carnis libertate, mundi
deliciis, in cymmeriis obscuriores, hæresum tenebras attrahimur. nolite
ambulare (inquit Paulus) sicut gentes ambulant, in uanitates sensus
tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a uia Dei per igno-
rantiam, quæ est in illis, propter cæcitatē cordis ipsorum. Cæci sunt
omnes, qui ab Ecclesia Romana deficientes, non solum suis legibus
uiuunt, sed aduersus eam armatas acies instruxerunt: bellum, igni, ferro,
manu, copiis indixerunt, intuleruntque: Hos percussit Dominus, ne ui-
deant. An non legistis, quotquot domum Loth obsederunt, foris man-
fisse & oculis fuisse captos: An non uidistis, Regis Syriæ phalanges
instructas, populum Dei oppugnantes in cæcitatē incidisse: Claudii
sunt illi, qui unum tantum pedem habent, aut cum duos habeant, uno
tantum incedunt: hii aut sunt illi, qui fidem solam ad salutem consequen-
dam fati esse existimant, aut qui tantummodo doctrina, non exemplis,
ambulant. hi a gloria æterna deiecti repulsam patientur: cæcus, & clau-
dus non intrabunt in templum. Heus uos, qui uobis Christum imitan-
dum proposuisse iactatis, fide, & operibus: operibus, & fide ambula-
te, quia alterum sine altero esse non potest. Antistes doctrina, &
exemplo, exemplo, & doctrina, & utroque simul, iter ad Christum
suscipite, quia ipse est, qui facit salire sicut ceruus claudum, & claudican-
tem robustum reddere promisit, propter quod remissas manus, & solu-
ta genua erigit) Paulus ait) & rectos gressus facite pedibus uest-
ris, ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur a Christo, qui
identidem lepram genus morbi ab hominibus faciens, mune-
dat, & sanat, per quam quidem hæresim intelligenda puto, cuius sce-
ris contagio latius hoc tempore serpit, quam quisquam putat, quippe
quæ multos, ac uarios in fecit populos cuius etiam, ut diuersæ lepræ, in sacris
litteris leguntur, in carne, in capite, in crinibus, in barba, in una corpo-
ris parte, totum obtegens corpus, sic diuersæ hæresum formæ reperiu-
tur. In Christo capite, in Ecclesiæ eiusdem domo, in sanctis eius lu-
minibus, in criminibus, hoc est, in Ecclesiæ cæremoniis, hæresis singularis,
hæresis generalis: huius sane lepræ iudicium, & expiatio solis sacerdo-
tibus concessa fuit: Surdi audiunt: ut illi auribus capti esse dicuntur,
qui uocem uarietates internoscere non ualent, sic in sacris litteris illos
surdos censemus esse, qui intelligunt, & si intelligunt non obtempe-
rant: aures suas aggravauerunt, ut non intelligerent (ait Propheta)
quanquidem ægritudinem mirandam, an potius miserandam dicam,
uix scire possum. Reserate obsecro aures uestras, qui ad uocem incan-
tantis illas obturastis, tunc audietis, & intelligetis. Sic fiet, ut non so-
lum auditum recipietis, sed etiam qui per illum iam diu mortui estis, ad
uitam gratiæ restituemini per Christum, quia ipse est, qui uiuificat.
o morbos: o uulnera, quæ hac nostra tempestate uniuersum fere orbem

terrarum inuaserunt, grauata sunt, oppriunt, consumunt. Quando magis tot ægritudines inualuerunt? (inquit ille, ut doctus ita sanctus) omnia improbitas, intemperantia occupat, omnia a recto æquitatis, & iustitiæ tramile deuiant, in obliquum tendunt: unicuique denique omnia licent. Quando unquam ambitio petulantior, quando cupiditas inflammator, quando audacia aduersus pietatem loquendi, disputandi, scribendi, aut securior, aut frequentior fuit? quando in populis rerum sacrarum, quando sacramentorum, quando clauum & sanctorum præceptorum, non modo negligentia, sed contemptus maior? quando apertius Religio nostra, & fides ludibrio, uel tenui plebeculæ fuit? Pastoribus grex non obtemperat. Pontificibus Principes non parent, nec Sacerdotes populus ueneratur: Templâ spoliata: inde Sacerdotes detracti: dirutæ: sacrificia contaminata: cæremoniæ sublatae sunt. ridentur, & irridentur, qui eas tuentur, & magis qui obseruant: Sed qui habitat in cœlis irridebit eos. Sedendum Patres Optimi, & flendum est, dum recordamur Syon illius, quæ in primordiis suis tam florens, pura, & speciosa fuit, ut omnium credentium esset cor unum, & anima una in Domino. At quid dico sedeadum? insurgendum potius, acriter instandum, & omnibus uiribus agendum, ut schismata, hæreses, scandala, ab Ecclesia Dei tollantur. Pro se quisq; uestrum, quos iam uideo accensos, & inflammatos: ad pericula quæq; subeunda, uel discrimine uitæ suæ: condite: a grege uestro turbam luporum immanissimam arcete. Vobis non deerit, qui dixit: uobiscum ero usque ad consumationem sæculi. ille, inquam, uobis adierit: studia uestra fouebit: conatus & uires augebit: linguam expeditam faciet: orationi eloquentiam addet: ingenio suppetias feret. Hierusalem hæc mystica, quæ sua uetustate attrita, & corrosa ruinam minatur, a uobis instaurationem expectat: uobis hic labor defertur: uobis hic locus relictus est: uestrum hoc est studium: uestra interest: ad uos spectat. quantum de expectatione uestra detraheretur, si in tantis angustiis, in quibus uniuersam Ecclesiam constitutam uidetis, ab officio uestro decedere uolueritis. Vos, uos, inquam uestra sapientia, auctoritate, diligentia potestis providere: hac de causa huc conuenistis. Suscipite igitur causam integritatis, fidei religionis: suscipite causam uestram, & omnium nostrorum capitis Christi, eiusque uices interris gerentis, huc Paulus uos adhortatur, sic enim testatum reliquit: attendite uobis, & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit, Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquiuit sanguine suo. in hanc curam, & cogitatione eo alacrius, & lubentius incumbere debetis, quo maius præsidium in Regibus fortissimis, Principibusq; optimis, & potentissimis constitutum uidetis: qui omnes operam suam auxilium, & auctoritatem pro religione, fideque conseruanda, & amplificanda, libere pollicentur: qui quicquid consilio, labore, ingenio, constantia, & studio possunt: id om-

ne uobis promittunt, & deferunt. Tu pie Pont. Max. a Deo tanquam
 Aaron uocatus, super gentes, & regna positus, quem absentem perinde,
 ac presentem alloquor: quod cepisti iam perface. id, quod te futurum
 omnino non dubitamus, quippe quod huc neruos omnes intenderis, &
 conatus omnes contuleris, qui sacrosanctum hoc Oecumenicum Conci-
 lum indixisti: ex omnium Cardinalium cœtu uiros amplissimos doctrina
 clarissimos, uirtutibus illustres, tua fungentes potestate huc misisti: tot
 Episcopos, Abbates, Religionum Praefectos, pietate & religione insi-
 gnes. accedere iussisti. Quorum tandem? nisi quia, cum de summa re-
 rum agatur, aliquando pareres, quod diu parturieras? Agite igitur praes-
 tantissimi Patres, uos metipso colligentes considerate, qua de causa
 patriis, commodis post habitis, ouibus propriis derelictis, huc contendis-
 tis: quot pericula inter conueniendum subiistis, & nihil uobis reliqui fa-
 cietis, quin id omnino absoluatis, quod tamdiu a uobis uniuersus Orbis
 terrarum anxiiis mentibus expectat. Sic caecitas in usum tenebrae in lus-
 cem, surditas in auditum, claudicatio in rectum in cessum, lepra in niti-
 dissimam cutem, mors in uitam conuertentur: pauperes, & miserissimi
 illi, qui tandiu fame laborant, Euangelicum panem esurientes, illum ala-
 cri animo, quin potius auide, suscipient, quos iam uidere uideor, nihil magis
 desiderare, & expectare. Tu uero Christe seruator nosier in nobis
 effice, quaeso, ut sicut omnes nos unam lucem habemus unam fidem,
 unum baptisma, unum Deum, una spem, unum spiritum: sic sit commune
 studium, in una fide, in uno sensu, in una uoce, in una Charitate: in una
 denique tui, tuorumque ministrorum permanendi, ac perseverandi ob-
 temperantia. Ut una tandem sit Petri domus a te electa, & dilecta,
 tantoque studio complexa. iube quaeso, non Ioanni solum per nun-
 cios deferri, sed Germaniae, Galliae, Hispaniae, Italiae uniuersae Euro-
 pae, nuper adiuuentis orbis partibus, uel exteris quibuscunque nationi-
 bus, a te omnia uulnera obligata esse omnes morbos propulsatos, qua-
 scunque aegritudines delinitas, aduersas quaslibet ualetudines, & om-
 nia tandem mala ad sanitatem restituta esse. Tu, qui semper mirabilia
 operatus es: hoc unum hodierna die a te peto, quin totus hic confessus,
 uniuersa haec sanctissimorum patrum corona, hoc praesertim mane ani-
 mi fordibus sanctissima confessione, & sacrosanctae Eucharistiae sumptione
 expiatis, scelera labe deterfa, summi Pontificis auctoritate no-
 xa quacunque dimissa, detecto capite, poplitibus humi iacentibus, ma-
 nibus in caelum extensis, profusis lachrymis obsecrat, obtestaturque:
 ut Ecclesia pristino candori restituta, sine labe, sine ruga, propulsa-
 tis omnibus morborum generibus, ualetudinem integram consequatur.
 Quod nobis quamprimum concedas tu, qui omnis sanitatis es
 auctor.

D I X I.



P 12481

o tanquam
n perinde,
e facturum
nderis, &
um Conci
nos doctri-
miffi: tot
gione infa-
fumma re-
igitur pra-
a de causa
contendi-
reliqui fa-
rfus Orbis
brae in luz-
ora in niti-
miferimi
illum ala-
nihil ma-
r in nobis
m fidem,
commune
te: in una
randi obe-
& dilecta,
per nun-
erfe Euro-
e nationi-
atos, qua-
s, & om-
r mirabilia
confessus,
mane ani-
ristia sum-
ritate no-
ntibus, ma-
staturque:
propulsa-
confequa-
anitatibus es

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
7



Misc. I. c. c. 43

8

200

O R A T I O

F. MAXIMIANI BENIAMINI CRE-
MENSIS ORDINIS CONVEN-
RAN-

s Domini,

I.

T REVEREN-

CAETEROS

riden-

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613



mm



Antonii Alciatis .

I.